



Processus iudiciarius panormitani

Johannes <Urbach>

Parisius, Millesimo quinge[n]tesimo octauo

Forma libelli in actione personali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70756)

Tertium quod ponit generalia et se non artet ut in processu
su plures vias et diuerticula plura habet ad fugien-
dum suam intentionem de qua et de quibusdam aliis cau-
telis in speculo de libello conceptus §. ultimo. De cautelis
vero circa protectionem et receptionem libelli haben-
dis non in speculo de libello conceptus §. sequitur. Item in libel-
lo non exprimitur nomen actionis videtur ut si diceretur ad
hoc propono rei venditionem. nam hoc non est necessi-
tas maxime secundum canones. ut in c. dilecti. de iu-
di sed sufficit proponi factum. debet tamen exprimi tale quod
per quod actionis natura cognoscatur. ut ibi non. et in
speculo de acti. et peti. §. i. Item non est necesse quod pro sub-
scribat diem correctionis ut per talem subscriptionem
constet de die dati libelli. sed hoc fit per tabellionem
qui subscribit diem correctionis libelli et dilaciones
datas de quo etiam in speculo de libello conceptus §. i. x. nec.

¶ Forma libelli in actione personali.

In personali actione formatur sic libellus. Co-
ra vobis etc. quod licet predictus B. prefato. A. in
x. libris denariorum talis monete vel talis paga-
mentum vel denariorum currentium et communiter da-
tiorum in tali loco teneat ex causa mutui et obliga-
tus existat. Vel sic. Licet idem B. A. memorato
teneatur in totis libris denariorum quas idem A. eidem
B. mutando enumeravit vel quas bona fide depo-
suit apud eum tamen huiusmodi debitum vel depo-
situm sibi reddere contradicit. quare agit et petit pro
curator predictus quibus precognito quantum sufficit
de premissis nunciatis / decernatis / et declaratis su-
predictum. B. A. prefato in expressa pecuniaria summa

ex causa p̄dicta teneri eumq̄ eidez. A. in h̄mōi debi
to condemnandum / r̄ ad ipsius solutioni compul
sendum fore ac cōdemnetis et appellatis per ve
stram diffinitiuam sententiam et censuram eccle
siasticam. Nec petit vna cum expensis litis ad sup
fluum p̄bationē se non astringēs vt supra. In isto
libello in actione personali exprimitur causa peten
di mutuum vel depositum vel huiusmodi. et hoc est
necesse in. c. vlt. de libel obla. Et quia ponitur in li
bello saluo iure addendi r̄c.

De emendatione et mutatione libelli.

Sciendum q̄ aliud est mutare aliud emēdare
libellū / r̄ cōiter dicitur q̄ mutare est omī sub
lata veteri actione p̄ponere nouaz / quasi dicere q̄
mutare sit substantia remota vel detrahēre quanti
tati petite vt in specu. de libel. concep. §. nunc osten
damus tamen aliū dicunt q̄ emendare est defectuz
in forma sup̄p̄ere. Quā ergo vel vsq̄ ad quod t̄ps li
tis potest mutari vel emēdari libellus potest dici q̄
si actor vult mutare hodie non p̄t qz necesse h̄t p̄
sistere ablato libello. si vult emendare eo modo qz
petit plus modo vult petere minus hoc potest vsq̄
ad sententiam si autem econuerso. vt qz petiuit mi
nus vult petere plus p̄t vsq̄ ad litis contestatio
nē. postea nō sine nouo libello. d̄ quo t̄n plene not.
de libe. obla. c. ij. et in specul. de libe concep. §. n̄ sic
ostendam⁹ per Jo. an. in additi. ¶ Additio. ¶ De
hoc t̄n an. r̄ q̄n liceat emendare vel mutare libellū
vide in. l. edita. C. de eden. r̄ i. c. exaiata de iudicij
Et libellus primus in actione reali cōceptus est in